

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Pauperes esse amicos Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

178 Cap. XV. Plurimos, omni aeo, paupertatis amatores fuisse.

ad suum statum sustinendum pluribus indigoret. Nobis autem, si non Bis-
tia Misij ad sint talenta, & ingera tot terra, pascuag, ac greges innu-
merabiles, nulla satietas est. Quantum ergo ostendimus nos dissidere
à Deo, si tantis ipso nos fatemur indigere?

C A P V T X V.

Amicos, & fratres Christi Domini, hoc est, pauperes volunta-
rios, etiam posterioribus saeculis, plurimos
exitisse.

I.

Voniam autem homo, quantumcumque allaboret à se-
terrena omnia abdicare, tamen adhuc infinitis, à divina
perfectione, modis distat, semper enim adhuc multis
indigebit, idcirco Deus, cui accedere ad perfectionem nihil pote-
rat, homo factus est, ut imperfectiones quasdam hominis assu-
met, atq; cibo, potu, veste indigeret, quibus quam moderatissime
vtendis, nos frugalitatē edocuit. Quamobrem, teste S. Bonaventura,
S. Franciscus Aiebat socijs: *Dum pauperē vides, ô frater, specu-
lū tibi proponitur Christi: ipseq; in pauperibus omnibus Christi effigiem
contemplabatur. Quare sicut homo ratione præditus ad imaginē &
similitudinem Dei est creatus, ita homo paupertate ornatus, ad
imaginem & similitudinem Christi est factus. Idcirco se exinan-
uit, ut nos eius exemplo conformaremus. Ad hunc ergo pauper-
tatis magistrum, qui proximè accedit imitatione, ita se Deo pro-
bat, ut eum non jam seruira (quæ tamen magna dignitas est,
cùm seruire Deo, sit regnare) sed amicum, sed fratrem, sed imagi-
nem Dei vocet. Cornelius, inquietabat Phrinicus, à secretis Impera-
toris, est nomine tenus, sed ei usque adeò est in amoribus, ut re ipsa Imper-
rij particeps, & collega haberi debeat. Ad eundem modum, qui
Christum sequuntur, servi Christi sunt nomine tenus, re ipsa ami-
ci. Vos amici mei estis, inquit, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, mal-
tò magis, si feceritis, quæ ego consulo vobis. Iam non dicam vos
seruos: quia serui nescit, quid faciat dominus eius. Vos autem dixi
amicos: quia omnia, quacumq; audui à Patre meo, nota feci vobis.
Inter quæ arcana est amor paupertatis. Siquidem non omnes ca-
piunt verbum hoc. Qui autem capiunt, ex seruis transiunt in nu-
merum amicorum. An non quækuosa est seruitus, cui amicitia*

S. Bonau. in
vita S. Franc.
cap. 8.

Phrinic. in
principio
Egl. Attic.
apud Ale-
xandr. Pelle-
grinū in c. 1.
Matth.
Paradoxe 1.
Ioan. 15 14.

pro

pro mercede est? Longè alia seruitus est Mundi & diuiniarum, ea enim facit ex amicis seruos. Ita enim contigit Dauidi, cui ob illustres de Amalecitis, de Gessuri, de Gerzi, relatas victorias, rex Gethæus, ut aliquam grati animi significationem exhiberet, dixit: *Erit igitur mihi seruus sempiternus.* O ingratum regem! ô barbam aulam! Ergo ob tot labores, ob tanta pericula contemta, ob hostes debellatos, ob spolia & gloriam à tanto amico relatam, seruitus promittitur, eaque *sempiterna?* Autumabam cum Dauide spolia & prædas, titulos & honores diuidendos: expectabam coronas & triumphos: censem amicitiae foedera ineunda: sed, video, pro tot meritis, seruitus stabilitur, & seruitus diuturna, immo sempiterna. Ita nimis oleum & operam perdit, quicumque mundo industriam, laborem, sanguinem, vitam impendit, & hemimidis verè seruit. At non ita Christo seruitur: eum, qui domo, agro, alijsque, quæ possidebat, relictis, sequitur, de seruo fit amicus, cui Dominus omnia communicat, consilia, arcana, ipsum regnum cælorum, atque æternorum bonorum hæreditatem; quia amicorum communia sunt omnia. Usque adeò, ut eos Christus Rom. 8.18. etiam suos *coheredes esse patiatur.* Quid ni *coheredess*, si & fratres dignatur appellare?

Dignatur autem pauperes ita appellare, immo dignabitur ita appellare, coram vniuerso mundo, tunc cùm venerit in maiestate vniuersum mundum judicaturus. Cùm enim interrogabunt iusti: *Domine, quando te vidimus esurientem, & paupimus te? sitiens,* Matth. 25.37. *& dedimus tibi potum? &c.* respondens rex dicet illis: *Amen dico vobis, quam diu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Minimi sunt pauperes, miserum & plebeium genus. Hos rex ille, cum summo apparatu & pompa veniens, fratres suos vocabit, cùm nihil regio splendori sit magis aduersum, quā habere fratres fame atque egestate pressos; regis fratres, regios, atque victu, vestituque claros esse oporteret. Eruditè Origenes. Quid ais? si fratres tui sunt, quomodo minimos appellas? *Immo vero ideo fratres,* Origen. tract. 34 in Matth. *quia humiles, quia pauperes & abiecti.* Hos enim maximè ad fraternitatem conuocat suam, quia ignoti & despicabiles sunt. Cùm enim se ipsos, propter Christum, despicerint, abiecerintque, digni sunt, qui à Christo extollantur. Hæc justitia est, ut nos humiliemus

II.